# ILLUSTRISSIMO, CLARISSIMO ERUDITISSIMO D. ANTONIO MAGLIABECHIO…

Francesco Berrettari





ILLVSTRISSIMO, CLARISSIMO
ERVDITISSIMO

# D. ANTONIO MAGLIABECHIO

Magni Ducis Hetruriæ Bibliothecario

# INDIGETICA PANEGYRICVS

FRANCISCI BERRETTARII
CARRARIENSIS.








MASSÆ, M.DC.LXXXII.
Ex Typographia Hieronymi Marini.

Die 14. Aprilis 1682.

Impr. Fr. Iesualdus Maggesius Commiss. S. Officij Massæ, & Carrariæ.

Michael Angelus Maggesius Abbas, & Vicar. For. pro Illustriss. D. D. Episcopo.



ILLVSTRISSIMO CLARISSIMO
ERVDITISSIMO D.

# D. ANTONIO MAGLIABECHIO


Magni Ducis Hetruriæ Bibliothecario

## INDIGETICON

*Francisci Berrettarij Carrariensis*

## PRÆLVSIO.

FRonte quid obnubis; quæ debita mitto? nec apta,
Nec firma, Antone, quæ cano, mente geris?
Quo me cunque libens verto, locus omnis abundat
Laude super magnum Nomen in Orbe tuum;
Omnia Mabechio cumulentur honoribus, inque
Vocibus, & Scriptis vndique Fama sonat;
Cui nulla in terris remanens præcone notanda,
Non aliqua dabitur; arte sedere Poli?



# PANEGYRICVS.

CLeustra decet reserata Domus bipatentis Olympi
Ex Helicone peti, fulgentiaque agmina, remque,
Conciliùmque Deûm, atque altos penetrare recessus.
Arduum opus, nec iam tenuem, facilemque laborem
Aggredior, qui cùm mentis grauiora ferendo
Pondera suscipitur, vis est maioris ad vsum
Præsidij. Gratas ideo pro viribus aures,
Vos ô Calliope, precor, incendatis, & illuc,
Quo licet haudquaquam magno sine Numine vestro
ire, mihi signetis iter, cursumque regatis.
Tu vero, Antoni, decus immortale, quod insita
Ornementa solo paucis concessa, nec vllo,
Quam formas, auique auas testante superbis
Indice imaginibus meliori augenda lapillo
In terris monumenta sinis, da Nominis vmbra
Auspicijsque pijs, vt sint mea carmina tecum,
Notaque seruentur seclis benè digna futuris;
Me procul aspicias satis est: procul esse iuuabit
Ore; sed intereà argumenta ex ordine rerum
Suggere Pierio venienti afflata furore,
Dum tibi nec præsens, at cunctis debita seclis
Munera soluo: opus est; neque enim bene prouida ferret



Cum

Cum virtute meam ſpectata Modeſtia vocem ;
Vera tamen, quicunque aderunt ſloe ſine minores,
Perpetua procul in faſtis ætate notabunt,
Nec deerunt laudes, famamque imponere factis
Plus, quàm noſtra poteſt Muſa hæc cenſere, merentem
In ſignita dies, zuoque exempta profundo
Siderea demum propiùs de ſede ruebat ;
Iamque leues tellure procul ſigoeuerat vmbras,
Et Pater in Venerem, Venerïſque in Tecta remigrans
Iupiter aduerſo Martem terrore domabat ;
Cùm circumuoluens diatram, qua ſingula complet,
Omnes in numerum Diuos iubet ire ſilentes,
Mercuriumque vocat : Noſtræ tu nuncius, inquit,
Mentiſque interpres, natorum ſedulus Hermes,
Si te dicta prius non ignorata paterent,
Quàm loquerer, mirum caperne ſpes ægra, diuque
Non audita aures ſtupefacta mente tenerent.
Eia audi, ac ne te longè morer, ipſe docebo :
Seriùs, aut citiùs Fatum inuiolabile, Fatum
Quod ſtatui, euenire fortitis rebus, oportet :
Voſque omnes, ex quo Saturni regna parentis
Vidiſtis ceſſiſſe Ioui, memorere poteſtis
Singula Fata manus me vnquam irreuocaſſe prioris.
Iam venit, nec tempus abeſt, ſidatus vt acre
Mortalis pretium ſummæ virtutis ab vno,
Quem placet amplecti, diſcat meliora ſequendo,
Quid poſſit, larguſque velit Regnator Olympi.
Non equidem hic gentem memini, quæ ſeſſa mercede
Afficitur donis, Regeſque, & funera ditat :

Hic de militia sermo, quæ Palladis hastę;
( Non Martis telo, ) stimulo, ( non ense, ) superbas
In Regum laudes cumulat noua Templa Deorum.
Hæc turba infelix quantùm neglecta vagetur,
Sedibus indoleo ex istis, neque talia mecum
Crimina ferre queo; sed postquam durior vltrà
Terra nouerca suis semper fuit, ipse Deus Rex
Præmia virtutis Cœlo vigilata reponam.
Nec minus intereà ( Fato sancita probamus )
Regis ab exemplo Diuûmque, hominumque supremi
Maiestatę Dei noscant mortalia, quantum
Se debere velim. Quondam cœlestia Vates,
Vt formidandi superauit Regna Barathri,
Amisitque iterum dilectæ coniugis Vmbram,
Orpheus hic, decus Aonijs: hic vltimus, aureo
Ore catenatas Hercles qui contrahit aures,
Gallicus: atque omni Liber sermone disertus.
Sublati nostro petiere hæc limina iussu:
Hinc pauci haud crebrò implicita conueas, Tholosque,
Astriferamque suis muere insignibus Aetheram.
Celsa ( licet miseris, ) mortalibus atria semper
Clausa dabunt vllo validam sine fine repulsam!
Constitit is paulùm, cursùmque vrgere parabat
Cætera; cùm rupit non expectata Gradiuus
Orsa: feri de more Ducis, qui percitus ira,
Nondum confectis, nec amico iure peractis
Vocibus occurrit, sic ille haud segnior infit;
Ergo, Pater, litem dirimis, quam dispare sensu
Huc vsque in tot continuit certamina tellus:

Scilicet

Scilicet ingenia attollis, Gentemque Togatam
Sedibus ætherijs; quarè placet arma Tonanti
Deferere, & Martis cultum cessare. Quid, auges?
Orpheus hic alijs, alijs hic Gallicus Hercles,
Hic Liber? plus Mercurij, plus aula Mineruæ,
Quam campo framea refracta possit Eoyo?
His ille exhausta patientior aure, vicissim
Talia voce refert: Tu semper turbinis instar
Lubricus, at discors atra caligine mentis
Iudicio resoluta meo furibundus opacas.
Bella habeant Reges, Regumque sequentibus arma
Præmia constituat, si quis modus, arbitra Virtus.
Haud vnquam abnuimus venientia dona merenti;
Me lacerant questus, me me lamenta retorquent,
Quorum indefessas feruor cumulatus ad horas
Haud animis vllam, nec toto pectore menti
Nititur ad requiem, vel scripto inuenta reponet,
Cognita vel dictat, doceatve apprensa loquendo.
Dicam equidem vte sola trahunt ea commoda, quæ per
Arma, per & spolium patrato funera surgunt.
Tu sola inuidia premeris, quam viribus audea:
Nec pudet, assumptis cum iura parauerις armis
Subdola, regnandi sola ratione moueri.
Non ita, namque animis ipsi, penitusque saluti
Corporis incumbunt, si per te sanguine regnant
Nunc Domini, sua atque horum monimenta gubernant
Solliciti, forsan miseris maiora negabunt
Debita fortiti, quam tela gerentibus? inquis:
Ni virtus valeat, sanè vis ipsa valebit.

At quid ego vlterius frustror? Monet alta potestas:
Iupiter æquali auspicio par omnibus idem
Lancibus hinc, atque hinc meritos partitur honores.
Tu tua, nato, geras; opus est, cupis aspera bella,
Bella habeas, terramque super proparato: furorem
Exercere tuum poteris, Dominosque potentes,
Magnanimosque Duces nitidis cumulare triumphis.
Nunc ad te rursum vertor commissa daturus,
Nate: sed intereà quidquid Rex ætheris vrget
Alta mente Deus, fixum, placitumque tenebis.
Quod libuit, visumque Ioui, renuisse, nec vltro
Concepisse animis, scelus est, scelus esse putamus.
Vade igitur, parvaque Orbis en parte relicta,
Circuitu ex omni terræ, (licet improba feruet
Plurima barbariem,) posito discrimine, quo plus
Errando haud erres, iuratis elige formis
Insignem, egregium, ac nulli virtute secundum.
Sume Virum, cui digna Deo Deus otia fecit
Codicibus, dulcesque in cognitione creati
Naturæ totius amor dedit esse labores.
Sin nostris humeris dignatam in amore puellæ
Quatuor ex ipsis quacunque ætate supremam
Partibus Europam descendere præstat ad vnam,
Græcia, quæ totum superauit honoribus olim
Palladis arte solum, didicitque ab imagine rerum
Cuncta referre Ioui, Diuosque ascendere grato
Thure vaporatos, Cœlique in sede, suaque
Terrena indutos iam conditione locari,
Deficit infelix crudo fœdata Tyranno.

Teutones

Teutonas hinc video : nec despicienda, nec expes
Maiori ex parte hæc Regio, Cathedrasque Louani
Non equidem indignas tali nouitate probarem ;
Anglia quia iuxta non forte inhonora superbit,
Quam miseria ; adhuc sed Relligione vetamus ;
Huius libera mihi facti venis æmula menti
Gens hodie, nec lingua minus generosa, vel armis
Gallorum, quam dextra potens, vbi maxima semper
Qualis Areopagum, celebrisque Lutetia seruat,
Porticibusque Sophos renouat Salamantica Patres ;
Cur tamen inspicies ? cùm inuerit ? ipse videbis
Bellonam, Martemque sequi. Humus Itala forsan,
Alma parens, nutrixque diu ingeniosa, virorum
Quem petimus, longæua dabit, tamen vos vicissim
Quæque tibi libata super, qua cingitur omnes
Parte sui telluris opus, peregrabitur ora.
Vix ea, continuo induitur talaria præpes :
Aptat quans Vergam Serpentibus, vrget vtrinque
Temporibus curuum spatiosa fronte Galerum,
Surgit & ad terras per inanem interdum Orbem
Lætus Atlantiades se se librat aeribus alis.
Vt cum prospiciens de celso vertice Montis
Erigitur collo, pedibusque innixa recuruis
Pennatos humeros vela distendit apertia,
Seque auium Regina leuat, subitoque relapsa
Præcipitat plumis circùm reuoluta sonoris.
At Venus intereà læta bene credita magni
Hospitis auspicijs, & Regis honore parantis
Rem sibi propitiam tentabat amoribus, vndè

Regnatorem Orbis traheret cuicunque, quod ipse
Vellet ad implendum nuper commissa: Benigne
Rex, ait, o genitor; tu nostra hæc limina postquam
Non sine fatali dignaris numine plantis,
Auguriumque geris sperandæ sortis amicum;
Da, precor, haud quaquam quæsito mœsta recedam
Munere. Menalium iam iam mandata secutum
Vidimus, & forsan, quidquid tua iussa fuere,
Collegisse reor. Cui tu, si venerit, eddes
Hic loco Indigetem? Sunt aurea Templa, suisque
Non inhoneste plagis, istisque accommoda rebus,
Quas renouare placet. Genitam solare; potes enim,
Nec debes priuare Domum solemnibus inter
Lætitiam festis, nec vanes reddere nostris
Spes animis. Venus ast, quæ postulat, ergo
Orantem, nec done potes indigna, meoque
Iure procul. Si Martis amor me, & vincula condens
Perdidit Ignipotens, grauibusque ea vulnera curis
Seruat adhuc mens ægra meis: cur denique possum
Non licet veterem, tristesque abolere dolores?
Cur non emeream, si tot meruere Nepotes,
(Ordo minor) vis, & virtus ego maxima lectum,
Sortitumque Deûm, fortunatumque Virorum
Sedibus hisce meis, thalamoque optare iugali?
Hic circumcutiens frontem Pater ilicet imo
Talia voluentem sobrisit pectore natam;
Sensit enim pro culpa, ac facti errore negando
Fœminei se velle regi nouitate pudoris;
Nec minus mulcere, quam tam præsumere questu.

Supplicio

Supplicis hæc propter blanda sic voce locutus
Astra quidem, quod quæque vocat fortuna, sequantur,
Dya notum Superis, tu quamquam, nata, requiras
Haud iniusta, tamen Fatis indebita poscis;
Nec debes cunctis æquum quæribunda dolere
Se statuisse louem; nulli concessa facultas
Vota, Venus quæ tanta putas, sperare Deosque
Inuidiem festiua procul remouere videbis.
Nam cum tot nobis communia fecerit ille
Gaudia, communis pariter sit omnibus idem
Lætus ad ornandum, par est, louis aera fructus.
Tuque ideo accipiens, quæ firma certa voluntas,
Parce operi, ni tanta suis dein gratia rebus
Insinuata cedet. Satis est, Ortensia condens
Iupiter hospitio Veneris pia fata resoluat.
Sic memorans genitis nec non genuicis iniquum
Ex Euphrate obseruat adhuc in fronte vagantis
Per ceua Signe meturi, reguluaque sidera tacens.
Iure fouet, testoque Deum lætatur honore;
Interea Superum per tot solemnia rebus
Quæ fudit genitæ Meta, vulgata sub astris
Fama recensuerat magnes cons æquoris usque
Vltime Regna Gentis. Gens hæc licet inter iniquam
Barbariem sedeet, Musoque, ac mitte signat,
Assiduas regionis opes, Martemque frequentem,
Omniaque externi populi commercia damnat;
Vis tamen artifices linguæ, doctique potestas
Sermonis, nec forte rudis documenta Mineruæ
Integre totius Regni dominantur in orbe;

 Dina

Dina refert eu folu gradus: mouet infita cunctos
Nobilitate animi, Gradiuoque imperat ipsi.
Veneratq huc ergo, steteratque [ auis instar ] oberrans,
Ac se se late agglomerans leuis iosuper Vrbes
Aliger vndisonas, strepitumque acceperat omnem
Auribus ingentis populi, moresque secundos
Regis admouitum. Forsan placuisset ad astra
Illinc asportare Virum, qui dignus honore
Afforet, ac sacra signatus imagine Diuum,
Ille sed ex omni terrarum parte recessus,
Nec communis amor Naturæ, aut mutua pacis
Vincula, nec generi humano regionibus vllis
Societas admissa alijs, nec iuea propinquis,
Nedum ciuilis Lex interposita remotis
Mercurium edocuit, quinimmò iussa Tonantis
Certa; nec in dubijs toties repetita volucrem
Admonuere Deum, qui iam tum gente videbat
Athletas veræ egregios Fideique, Deique
Esse Ignatiadas pro Relligione frequentes,
Sperabatque fore, vt posita formidine Regnum
Sæuitiem exueret, moresque indoceret altos
Romani decoris, paraque in mente calorem.
Tum ventocitiùs pennis, pedibusque citatis
Deserit elato Cinensia litora tergo,
Atque mare Arabicum, Persasque, Indosque relinquens,
Inde Palæstinam, atque Aegypti marmora transit,
Aethiopumque fretum, rubrasque intercalet vadas:
Præterit hinc magni septemfluus ostia Nili,
Sublimique fuga, Atlantisque in vertice sistit.

Iam

Iam penè circuitus pelagi, terræque labores
Citra vtriusque plagam poli inaccessibilis omnes
Finierat; namque vt Cœlo descendit ab alto,.
Et fuit Argolicum veteres miseratus honores,
Trans Alpes primùm septem subiecta Trioni
Regna peragrauit: qui quippè acceperat illic
Florere ingenia humanis studiosa Palæstris,
Sermoneque ad eos Latio de flumine purum
Commigrasse Viros, linguamque vigere Latinam,
Graiugenamque sua traduci ab origine. Non hic,
Non ideo hic fuerant Diuûmque, hominumque superni
Regis Olympiaci præcepta augenda parentis.
Nuper enim Mauortis ibi fortuna premebat
Iura eadem potiora sequi. Velociùs ergo
Ille aura, flammaque leui, celerique sagitta,
Gentibus emeritæ Egnato laudis honore,
Discessit: Quæ itaque tribus iam sole notatas
Partibus ex ipsis terræ, (quo grata Columbus
Arma Deo, Nomenque tulit Vespuccius alta
Signandum fama æternas,) penetrauerat vmbras,
Montesque attigerat variam limite Phœbi.
Nec mora, nec requies: mente gauisus, & artes
In melius mutasse homines, gratosque labore
Ex omni Europa Gallique, Deique ministros
Esse rudi populo, Iurique assuescere Gentem,
Abstulit hinc sese per Magallanica dexter
Septi angusta freti, Paruique argentea rudens
Saxa maris retro præterfluit Aequatorem a
Pacificasque iterum, viso Iapone, per vndas,

 Mal-

Maldiuasque furdas, Eluidasque Orientis arenas,
Ponticque occidui, Siodisque, albamque Ternatem,
Et Gilolum, & Celebem, Bandamque, referamque Gunapem,
Borneumque, Iauasque, & odoriferas Molucas?
Circuit, vnde armis postquam legisset amicos,
Spequa laborantes pro Religione Deorum:
Nec procul hinc longo spectasset Tartara cursu,
Protinus in Cinam, eandemque easit ad Afros.
Coelifer hic fabeas, fessum cum viderit vltra,
Seque reclinantem supera ceruice nepotem,
Sustinuit, frontique litans ea voce profatur:
O decus astrorum, quae non incognita Diuis
Causa quidem te summa trahit tellure vagantem
Me quoque non latuit, cui Coeli machina semper
Terga premit, nam tale haud vnquam inhonesta labore
Augustum laetatur opus perferre. Quid autem
Huc visurus ades tam barbara condita? Prometheo
Vis hominem Typeidem inuenies, ipsoque timorem
Crudeli feritate homo? Mansueta refellit
Pectora, tanta regio, & fuerit quandoque benigna,
Nec celebri ingenio, doctisque harere magistris
Gaudet auara. Vides patrio horrere, meumque
Me me ferre iugum sublimi ad sidera dorso,
Ne colere haec terras inuideat deserta. Quid illic
Spemque, mouamque teris? Sic ille: At dilecte prout
Infert se Nomius: Non hoc, vt teris, abolet
Limite, nam totus est, quod cepta mente repostum
Iudicium trutinat. Iamdudum prouida sentiunt
Cura remordebat Patrem, atque dolorem

Dehinc visus reuouare grauem, cum deuia tellus
Mortalesque diu sine Numine abire Deorum
Non raro auderent audi, nec honesta tumultu
Impauido decreta sequi, quæ condidit Auctor
Lucis in æternæ mentis reparata profundo
Idcirco, ne pro populis discordia conflans
Inter Cœlicolas fieret, Pater ipse tremendam
Auribus admouit secreto hanc murmure vocem
Orbe recensebis toto discrimina, neptu
Haud ignota mihi de re, qua forte iubebis
Sollicitare gradus, breuitaque assumpta referre
Cum loca exigere, ac tempus videatur, inani
Munere deficies. Nec plura effatus ibi est,
Quæque illi demandata fero, nec abesse recordor
Productum finem, longisque recursibus omen.
Hinc ergo Italiæ restat labor ultimus, vnde
Ad superos hominem, qui plena pectore in vnum
Diuitias orias; mentisque amplectitur omnes
Nobilis ingenij fama documenta ferentem,
Vtque vigore animi, similem virtute reportem.
Dicta per hæc olli fatenter subdidit Atlas.
Vota aperis hominum clamorem huc vsque fecatis
Ad Libycas gentes; ni mens præsaga futuri
Fallitur, hæc memorans. Tyrrheno in litore Magnus
Imperat Hetrusci regali de sanguine Princeps:
Cuius ago ex atauis diuinæ stirpis origo,
Fesula cum peperit Medicem regionibus illis
Amphitrioniadæ pueorum, vrbs Fesula, matos
Quæ dedit aeterno, vitasque Nepotibus vsque.

 Quò

Quò veteri ditata fuit Florentia matre;
Et nati natorum Medicas, Patriæque parentes
Per varios rerum casus bellique, domique
Insignes vtrinque pari pietate, vel armis
Sceptra Ducis Magni Imperio tenuere supremo
Inde Sacerdotes Romani ad culmina fastus,
Pastoresque sacri diuina in Lege potentes
Egregium capite alma exornauere Tiara.
Felix ætatum series, qua ductos ab vna
Partitur cunctis, & cum virtutis honore
Regnat ibi Dominus, maiestatemque seruat,
Quo la cunque gerit, populo venerandus ab omni;
Hic requies litaris, literis facit ocia Princeps,
Cùm tonat Eloquium, ac digni Scriptoribus anni
Bella per, & pacem curis numerantur amæno
Cui datur assiduas rerum cognoscere causas,
Innatoque operi placet indulgere, sacrosque
Pro Sella, aut Rostris Templi exercere labores.
O fortunati, quorum vox Principis aures
Insonat Aonijs modulato carmine Musis
Vos vos deliciæ Aulæ gaudere potestis
Esse, nec à vobis vnquam direpta furoris
Præmia. Tu vero Interpres sanctissima Diuum
Suggere, quidquid opus. Quæ non miranda loquaris,
Cum venit in mentem nunquam laudanda per orbem
Bibliotheca satis!, cui consulsissimus olim
Ac Sapiens Rector Patriæ Laurentius illa
Fundamenta tulit. Gens & Medicea sub omni
Aetate, ac semper annorum, cum magna fouerit

Ingenia, atque anni, quàm qui nascentur ab illis
Rursus ad exemplum veteris cuiusque parentis
Laudibus vrgerent vllo sine fine Nepotes,
Codicibus ditata nouos cumulasse vetustis
Fert animum, seseque valet iactare? Sed eccè,
Ecce iterum res hinc magis admiranda, quod vnus
Ex omni numero, qui custos assidet, vnus
Ex hominum numero, quos totus congreget Orbis,
Cum redigesta cunctos capit ordine Libros,
Materiasque omnes omni sublimis in Arte
Disserit. Anne ille excellens erit ipse Virorum,
Quem Pater Omnipotens? Nec plura effatus. At ille
Quem Pater Omnipotens signauit Imagine Diuûm;
Ille: ego cui primo patrum genitricis ab ortu
Lac, flammisque dedi coelestibus incrementum,
Cui Pallas, cui casta Venus, cui prouida Iuno,
Indulsitque Iouis Flamen: cui risit Apollo
Innuit & Fatum longè praesaga futuri
Magna Deûm Berecyntia. Ab auspice Tecto
Principis Hetruici facta est, vt Delphica sedes,
Flora Mineruigenum turbae consulta petenti.
Vndique fama sonat, binoque a cardine Mundi
Nomen vbique sonat: vel singula legeris Acta,
Siuè diserta velis, disiunctave sacra profanis
Vel cupias quocunque stylo versare Poetas.
O decus Italiae, Tuscorumque inclyta, & ingens
Gloria Malbechius! Te ea vigilata recurrens
Aethera, te te iam superis libratus ab altis
Dimensas peragrare iterum terrasque, polosque
Laetor,

Lætor, & amplexum, tandemque à parte locatum
Cœlitibus propero Festum renouare per annos.
Vix ea fatus erat; toto radicitus imo
Tergora discutiens, frontemque intingit Atlas
Summumque impleuit grato rumore cacumen.
Cui rursum facundus ait: Fulcimen Olympi,
Magna Gigantigenum proles gratissima Cœlo,
Accipio, atque ostento libens data iubila plausu
Plaude; Sed interea prode mihi forte volucri
Nulla mora vires plumis fraudanda remissis.
Ad Iouis imperium, grauis est iactura dierum.
Iamque vale. Dictoque simul trans æquora fertur.
Mons (veterem dixere Sagrum) iacet editus astris
Apenninigena, effossis vbi lucidus albet
Visceribus lapis, & circum fluit vndique plantas
Fontibus, irriguis quà Frigidus amnis, & alter
Carrio dans niueis argentea terga metallis
Hetrusci, Ligurisque maris confundit arenas,
Lunensisque Macræ, reuolutis fluctibus, errans.
O magnæ telluris opes! quibus aurea durant,
Aurea secla, neque illis interitura sub annis
Stirpe iterum, tantumque vigent dominante Cybeo,
Albericus enim, qui nunc diuinior superstat
Partus auis, proauisque suis, Titulisque decori
Vna Auctor Carolo cum successore valenecte
Emeritos pressum, & laudes virtutibus omnes
Maiorum exemplo sese cumulauit in vnum.
Huc ille vt primùm solertibus appulit oris,
Humano sine, sine fatum iuuenisque, senisque

Aruntem

Aruntem subitò offendit, qui rupis ab antro
Obuius exierat, breuiterque ita fatus: Et vnde
Rerum pondus habet, Diuorum et nuncius ad me
Perueniat? Curtum blandis his vocibus infit:
Summa Iouis probitas aequata lance pependit
Mortales curas, vidisque ab acumine mentis,
Sublimisque oris versato flumine ad astra
Insignitū opus esse hominem, spoliaque sub ipso,
Cui natura fauet, Tectis accedere Diuum.
Nunc age (quandoquidem lucos meos cuperet horas)
Fare, senex, qua parte poli Deus datur ille:
Huius ego interpres, verum tibi sidera magnus
Noscere cuncta dedit Pater Omnipotentis Olympi.
Sic ait. At contra infit longaeuus Aruspex:
Quae memoras, manifesta sequor, namque acta per alta
Nuper ab arce Tonans subiit, cecinitque cacumen
Rupis, et afflatum rapidi me desuper ictu
Fulminis admonuit: Faliscibus audeat arcem
Astrorum spatijs, quae Caelestia sidera credit
Metiri, reperire nouam: damnaque minores
Errorem priscos. Potuit, qui cuncta creauit,
Cuncta refortis, causasque aperire nouandas.
Sunt qui mortales fieri decreta Tonantis
Irrita posse putant: certam; nunc, sidera testor
Is res, quas cecini, nunquam potuisse futuras.
Ergo mihi plenum praecurrere studio Hetruscum
Hetrusco liceat, flammamque [illegible] vocamus
Hunc [illegible] quorum spes blanda refulsit,
Saturnum, [illegible] Iouem, Sin sola Dumorum

Digna

Digna Viro, cui forté priùs; quàm conderat artus;
Iupiter incubuit; sic circùm laudibus æther
Ignibus assideat, præsentique insluet astro
Augurium; nec sit discrimen, siue recedat,
Accedatve aliquis, qui se se fraude queratur
Delusum. Quùm multa ruunt, meque ingruit ingens
Copia dicentem! Sed enim neque vane resultant
Cætera, quæ taceo; quamquam tibi plurima possem
Ferre; sed omnipotens, rerumque æterna voluntas
Sola sibi manifeste suo Deus abdidit ore.
 Hæc illi inter se valida ratione serebant;
Cum fragor insolitus vocum; nouitasque tumultum
Elysijs inopina gerens (quis crederet?) aruis
Exoritur: spatientis ibi Limoris Auerni
Cellidites (nec constat) agros penetrerat ocentes.
At quo gesta modo fuerit res, crimen habetur
Hoc Herebi; nanque lauidiam de more bilinguem,
Fallaciaque sinu inuursem, fratremque secuse
Nobilites mentitu recens cum veste putetur,
Diantiesque atris commenta fuisse sub Vmbris.
 Turba hæc audaci campos rumore beatos
Concieret, rixasque dolo scelerata mouebat:
Dedecus esse Animes totamene hec sede vegantes
Posthabites cessisse val, quis enta, precesque
Suscipiens, tolli quoque dignaretur ad astra;
Quin imme seruatus adhuc sub Imagine viui
Corporis ætheries vestiret sanguine formas:
Quis Plato, que Socrates Aede, Graiusque, Latinusque
Orator, Vatesque, pati quibus omine megaum.

Principia

Principis in pretium cuncti indulsere minores,
Hucuſque vnanimes? rutila quę parte, polove
Tam noua, quàm ſeries veterum ingenioſa ſederet?
At ſi reſpicerent armis, belloque ſuperbos:
Hector vbi, Troeſque duces? (Venus eſſet in ipſum
Vix natum fatalis:) vbi generoſus Achilles?
Fortis Alexander cœleſtia Templa locaret?
Talibus inſidijs, & amica voce Dynaſtis
Sanctorum nemorum, pax eſt turbata repentè;
Vt cum præfulgens, Cœlumque inopina ſerenum
Obruit aduerſis, pugnante Aquilone, procellis
Tempeſtas: iamiamque Noti caligine ſurgunt,
Vtraque mutato variantur flamina curſu.
Ecce autem pietate ſimul, ſtudijſque Miacrux
Inſignes Animæ, Lupus, Heuſcheriuſque Goſridus,
Garneruſque recens aderant a parte nitenti
Sylueſtris tumuli; Parcarumque inde ſecutus
Falce Caphareliam Macedo, qui mentis acumen
Prodigiis excoluit, illis tùm forte diebus
Venerat e ſuperis Lethen; vtque ora, ſimulque
Indignari Vmbras, atraque femina pacis
Vidit, & inſolito mutatam horrere quietem,
Dat ſe ſe in medios cœtus, vtrinque recurſu
Inſinuat, clamatque docens, ac talia fatur:
Non pudet, ô Ciues, felici ſanguine cretos
Hæc deſperato confundere Regna tumultu?
Perdere ne hic præſtat, quod pro virtutis amore
Terra tulit, noſtriſque oculis dedit eſſa vireta
Inter amæna Deus, ſyluiſque, vndiſque vagari?

Annè

Anne sedet cunctis fortuna, ac viribus aequus
Iupiter? anne scelus, Phlegethontisque illa videtis
Monstra, quibus dum forte graues Antonius iras
Despicit, hoc Caelo pariter priuamur amico?
Ille quidem ad superos diuina sorte vocatus
Succedet famae, viuetque salubribus auris
Laetus in Orbe; sibi quos circumplexus amicos
Cum virtute tulit, dignosque laboribus annos
(Testis ego) ingenio haud tantum genus omne sacrauit
Dogmatis ille suo; quinimmo praestitit ingens
His bene praesidium, tali qui tramite cursum
Sublimesque vias directo calle sequuntur.
Hinc pudor exierit, nostrum decus vnde paramus?
Sic placidos propter typos, aciesque serentem
Dicta sequebantur Comites, vocesque premebant
Vocibus. Accurrant Ferrarius insuber, atque
Vauassor Gallus, Rostrisque insignis Oliua
Loyoladum Praeses fundendis ante periclis
Tum prece Teutonica facit hoc Hermannus ad oris
Omne magisterium, mensisque instructus, & artem.
Nam licet hi dabis pro Religione vicissim
Altercando, suos pectore hinc inde dedissent
Nocte pedes [illegible] fraude tamen cogente tumultum
Displicet. An vero qui probra refellit honesta,
Quique premit, turpesque fugat cum luce tenebras,
Congressu quo pari poenasque, & praemia soluit,
Vt procubuisse praecelso culmine vidit
Hoc ausum laetante Vmbras, mox corripit ignem
Incunctantes agens dextram, dehinc talia fatur:

Tentane

Tantané sub Stygijs audacia creuerit vndis?
Tanta referbuerit rabies, vt prorsus iniquis
Cura sit Elysijs mihi sanctam euertere gentem?
Sic Barathri ius frater habet? sic Tartara regna
Custodit? Ruat Inuidiæ grauis ira, superbusque
Aceandeos Animus tarne dominetur auaris,
Cedo, sed impietas placidis immurmuret agris,
Ac possit placitura Ioui peruertere Fatum?
Non ita. Rex pestem hanc dicat frenare sub Vmbris.
Nondum hæc ediderat; validi fonuere vicissim
Tele trisulca Iouis, tristique, atræque peremne
Inuidiæ, socijsque simul temeraria fulmen
Corpora protriuit, rursumque ardentius iram
Procaamque imposuit fundo grauiorsi Auerni.
Terretur subito auricomi plebs accola campi,
Tabescuntque genç, pauidulque per inte vagetur,
Ossa pauor; faciesque mutantur, & omnis
Turpe recognoscens maleuolentia crimina, moxque
Flagitium, culpæque onere indignatus abhorret:
Tum parte audito ex alia rumore subentra
Scerot inuehitur Rex formidabilis Orci
Degeneri turbæ, quod non patrasset iniquam
Stulte scelus, probrisque adigens tormenta parabat.
Cum iam Mercurius libratis tergora pennis
Deserait properans splendentia marmora Sagri,
Et Floram ingressus, qua serpens didicit Arnus
Magni Tecta Ducis, olim iam penetrauit in Aulam
Huius ab excelso vaucro, velut Arce Mineruæ,
Limine, perque gradus late Domus alta resurgit.

Ergo

Ergo ibi Malbechius nunc hic, nunc sedulus illic
Codicibus picto variantibus inter & ostro,
Membranisque auro pulchrè splendentis acervos
Assiduum tractabas opus. Simulatus at illi
Effigiem Dantis, cuius non Comica raro
Obvia, proque suis quoties foret usus agendis
Esse frequens, fessumque olli recreare solebat
Exantlati Animam, vultu, incessuque decoro
Constitit; ac tales affudit pectore voces:
O fato praestanti augurum; decus addite rebus
Felicis Patriae, Antoni, cui nomen, & omen,
Ingentemque tuis famam virtutibus auges:
Quo tuus usque labor? quo plena Modestia? Totne
Ferre queas animo secundas diuite curas..
Dixerat.. Ille autem grandi sermone, novoque
Frontis ab aspectu mox ora rubore profusus
Obstupuit, steteratque parùm responsa daturus,
Tandem ait: Opportunus ades, dulcissime laudum
Praeco, nec haudquaquam scelerum scrutator amarus;
Nunc equidem accumbens, interque volumina Cantus
Terna tui defixus agens ego lumina mentis
Laetabar breviter manibus tria Regna recurrens,
Vivus adhuc pedibus quam fortunatus adisses:
Atque utinam, & veterum, sic nostrae aetatis acerba
Supplicia, & meritis pretium virtutis, & ipsa
Praemia narrando possem prospecta referre!
O si forte!.. Potens postquam tibi dextra Maronis,
Sic, tua dextra mihi veniet comes, oro.. Nec ultra
Subdidit.. Ille autem: Quamvis apprensa retractas

Iam

Iam fatis, & plus quàm liceat mortalibus ægris
Ignorata capis: quas machina scilicet Orbis
Condat, & inuisas disponat origine causas?
Vnde nec ascensus quid quam forte ssle iuuaret,
Ni tua Fata aliter meliore exorsa fuissent
Omine; verso tamen, quod non patrare, nefas est,
Atque libens propera iussos tibi lætus honores.
Et simul hæc dicens afflatam murmure sacro
Hinc Ligius Virgam, quam Syrmate forte tegebat,
Sincipiti admouit, nec non caua tempora circum,
Somniferosque oculis suffodit rore senectus.
Extemplo turbata quies, confusa vacillat
Lingua, soporiferis clauduntur lumina guttis.
Nec mora: Mercurius piscidum per membra calorem
Irrigat: aspectum, formamque exinde recentem
Corripiens humeris illum sustollit apertis,
Vix autem paribus spatiosas ætheris ambo
Gressibus attigerant auras, mox inde per umbram
Somnus abit, Cœlique Domus referata coruscat.
Tùm dulci sonuere poli stridore, rotisque
Sphærarum motus concordi murmure curuas
Protinus ex aditis aures subiere volutis.
Restitit attonitus, licèt ordine cuncta paterent
Disposito, quæ iam secum manifesta noteret,
Non secus, atque opifex animo conuersus, & ora,
Qui quorum, dubius quæ finxeret hausta profundo
Naturæ inuolucro, ante oculos numerosa recenset;
Rem tamen haud facilis penetret, quo tempore, quare,
Quoque modo peragraller agens Antonius illud.

Cui

Cui Comes: Hæc propter, quæ fiunt, ita (dixit) ad astra
Hac itur, legiturque via genus omne, quod infra
Sidera dimensus certa ratione fuisti:
Confer: ab inspectis poterunt numerata futuros
Cuncta recensere transacta ætate per annos:
Fella ex illis, felix mortalibus ægris,
Quem nunquam in rebus dubijs natura fefellit!
Quod si tantus amor fuerat cognoscere causas.
Nec tactos variare pedes affectibus, vltro
Hoc & amoris idem te te sperare iuuabat:
In Cœlo curet cum iam desiaeria omnes,
Ac sursum virtutis ardor protraxerit, & te
Visus erat domibus requiem captare sub istis:
Nonne doces homines Diuûm præcepta, quod oris,
Quodque foret scriptis sapientûm arte parandum,
Quam soleat, possitque pati terreus facultas,
Hic sedeas Numen! nec sit qui Numen adoret!
Talibus succensa Antoni sententia dictis:
Resque capi posse vlterius sibi visus, vt ignea
Constitit alternos propius domibusque, suclique
Mutari, pluresque geri, pluresque nouari
Incircumspectis oculis, quam credare nobis
Sponte nefas; neque enim falli: quod senserat artus
Paulatim exuere, atque hilari pios corpore puram
Aspirare Auram, cui flamma, ardente metallo,
Hinc dabat, atque illinc stuuam rutilare coronam.
Iamque ingens breuiter spatium superatur ad horam
Orbibus ætherijs, campisque liquentibus, vnde
Parua nitent humus, properabat ad ethera, cum mox
Agmine

Agmine conuerso, circumque astante ferarum,
[ Horresco referens ] nimbi refurentis ad instar,
Ante Iouis faciem, Nemeæi tergora certat,
Saturnum, collumque tumens agitate Draconis,
Dirigat rabie insolita, visamque repente
Damna sibi hic raro seclis audita minantem
Intremuit: quem voce tamen compellat amicus
Iupiter: O qui non superis decus esse mereris
Du'ce patùm, & magnis, gratisque laboribus imples
Orbem; ne dubites, quamuis hæc monstra parent se
Contra tes Italas: superasti Oracula; cedo
Te similem, Diuisque parem. Nec plura; sed omnes
Interea, ( sic iussi ferunt, ) quibus æquora, fontes,
Flumina, stagna, lacus: tellus, sata, nuda, benigna,
Dædala, syluestris: quibus infra, & desuper aer,
Nubila, nimbus, hyems, pluuiæ, nix, grando, tonitrua,
Et quibus ætherijs, ignesque, & sidera parent,
Dijque, Deæque omnes magno glomerantur in vnum
Concilio, lætisque simul pia vota ferentes
Vocibus INDIGITEM Cœli mercede salutant.
Tum Mundi, rerumque sator, quas ipse creauit,
Et regit, & moderat, solio sublimis ab alto
Talia verba sonat: Quantum mea recta voluntas,
( Diui omnes ) hominem, cui merito labores,
Huic fuerit Cœlo, numeroque inferre Deorum,
Cernere quisque potest; propterque ea nimbus ab altis
Orbibus interpres terras peragrauit, vt ipsum
Sisteret hic tandem, magnoque in amore Deorum,
Complexuque daret superum, quos ipse coegi

Huc

Hucbreuiter, nè tanta (licet breuis instet) inani
Transiret fulgore dies, neù lucè carerent,
Quæ decreta fero. Sed si concedere Parcis,
Quidquid opus; (clamant, videorque audire dolentes,)
Adiuuat inceptum, donec bene fila resoluant,
(Fas est) annuimus; quare fœcatus amico
Descendat rursum hic terris, & si quid in ipso
Mortale est, admens fluuio suus abluat Arnus.
Vix effatus erat; rutilo eum triplicis auri
Cunctanter conuexa poli sonuere meatu:
Accipiunt hilares fremitum fulgentibus oris,
Tectaque continuò redeunt sua quisque soluti.

# FINIS.



ILLVSTRISSIMO CLARISSIMO ERVDITISSIMO D.

# D. ANTONIO MAGLIABECHIO

Magni Ducis Hetruriæ Bibliothecario

*Franciscus Berretiarius Carrariensis*

S. P.

NIL vt inane magis, nil, quod velocius æuo
Prætereat, breuiusque volet: sic turbinis instar
Quod magis inculcet nostræ, premat, aggrauet, augat
Conditionis opus, fragilisque incommoda vitæ.
Has ego non raro versans in pectore curas
Vltra dimidium, solidæque ætatis arenam
Vrgeor, Antoni, Diuas agitare fugaces,
Pegasidesque haurire vndas frustratus anhelo:
Stagnat auara pigro fluxu mihi vena, quid ergo
Me iuuat interea? Te Fato oneratus acerbo
Te solum supplex de rebus adire petitum
Sponte meis Consulta, valet cur prouida virtus
Tota sedere sinu: seù rerum exquirere causas,

Di-

Dimensosque polos, descriptaque signa futuri,
Pergamque officia, aut naturæ debita, malim:
Quinimmo sacra Codicibus quæsita rimore
Constantis Fidei cupiam resoluta videre:
Aut placet Historias, veterumque audire labores,
Præclarasque Animas, secretaque limina Regum,
Nec renouam positas trutinari dogmate Leges,
Corporibusque salubrem ægris afferre medellam;
Vnde nec eloquium, nec iam Ciceronis honores
Deficerem linguæ, doctisque hærere Camænis,
Nanque per ambages animi suspensus, & oris,
Perque cerebrigenæ arcanum penetrale Mineruæ
Si quis Palladium non errraturus acutæ
Quæsierit, mentisque tuæ simulachra, recedit
Omnibus instructus, cum te super omnia, tanquam
Fontis inexhausti causam, virtute fluentem
Audierit; segetumque velut miratus in horreo
Diuite fæcundi fuerit sermonis aceruos.

O sed ego in partem, possemque venire Sophiæ
Nobilis in sortem, quam tu versare, vel vna
Sede frui tecum, aut horas numerare diurnas!
Felix illa dies, qua non inhonores abirem
Ingenio, studijsque meis. Ast aridæ postquam
Disposuere alios misero mihi Fata labores,
Ah mihi ne saltem parcas renouare precanti
Gratus opem, qua randem ampla captare sub vmbra
Principis egregij Nomen mea carmina possint!
Cuius tota licet, quæ iam florentibus annis
Inclyta claresuit, surgat cantanda Marone

Vita,

Vita ; tameo si Musa tuo mihi duxerit amen
Iudicio, decorisque sacri monumenta sequetur
Audiat Patris, fugiet minus inuida culpam :
Totque ibi Maiorum sudata pericula belli,
Sublimisque Domus regali à sanguine gesta,
Magnanimosque Duces longis memorabile ab annis,
Tradetque auspicijs vllo sine fine Nepotes.
Audeo. Tunc veluti rediuiuus ad integra Vates
Facta canam, dum tu mecum laudabilis vos
Eximij, humanique operis celebrabere fama ;
Hinc Heliconis ero nunquam sitibundus ad vndam
Amplius, atque Hæmo pelli, Pindaque verebor.
Haud equidem ignarus, verùm bene conscius ipse
Plurima tento tuis imponere tædia curis
Indiscreta nimis : quem tot Scriptoribus æui
Prætetiti, nostrique decet rationis habere,
Imperia, ac veluti Oraclo dictata piare.
Gloria magna tui seruandi omnibus, vsque
Quo res perpetuas modo Natura peroonet ;
Gratia digna quidem, cui maxima debeat Orbis
Præmia, nec cessent plenos dare laudis honores.
Tu tamen in rectum deducta Lance pudorem
Omnibus æquus ades ; quare miseratus amicum
Ne, precor, obijcias, doleasve instante grauaris
Quin mihi sis præsto : qui iam licet vltimus omnium
Accedam meritis, primus tamen inter egentes
Insisto, & quali arbitrio contenta feratur,
Iudicio commissa tuo mea causa patescit.
Sic benè Mercurium late sermone disertum

Iura

Iura hominum, Diuumque simul discreta potamus
Ante referre Iouem: sic illam credimus aequum
Indulgere inopi ducta rationis habena,
Sic illum suadere eadem decreta potentem.
Cum vero damnes, meuvè irrita carmina ducas,
Ac ne digna quidem generoso Principe, solue,
Solue Poetarum me longo munere tristis
Obsequar. Et quamquam grandis iactura; tamen res
Tunc super aduersas me dempta ea cura leuabit
Secla tot Heroum vigilata impune cremantem.

F I N I S.

Quod infrà sequitur, si legere non displicuerit, illud est nunc demum ab eodem Auct. Francisco Berrettario recognitum, & isthuc (quandoquidem locus visus est idoneu ex Amathunte Dño. Canalis Patritij Ganensis I.V.C. eidem Illustriss. Clariss. Eruditiss. D. Antonio Magliabechio dicata, in postinam, à qua decesserat, formam translatum est.

EPIGRAMMA.

Arcadiae Synceri Amathus est facta Canalis
Aemula; quem litem soluere posse putas?
Sunt huic, sunt illi Charites, Suadella, Leposque,
Est Venus, est decoris mirus in arte labor:
Compositam video, Antoni, sub Iudice causam,
Si decreta ferent inter vtramque sedes.

F I N I S.

MC

